Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



pecaniet. Bona enim i mala in omnibus tentabit. S
Illo t: D·d·i·d·s Nichil optum quod non Matheu
reuelabitur: i occultum quod non sciatur. Quod dico vo
bis in tenebris date in lumine. i quod in aure audistis
predicate super tecta. Et nolite timere eos qui omidunt
corpus. animam autem non possunt occidere. sed potius time
te eum qui potest. et animam et corpus perdere i gehenna.
Nonne duo passeres asse uenient. i unus ex illis non
cadet super terram sine patre uestro. Vestri autem i capitis ca
pilli omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passe
ribus meliores estis uos. Omnis ergo qui confitebitur
me coram hominibus. confitebor et ego eum coram patre
meo qui in celis est. Sdm lucam.
Illo t: D·d·i·d·s Siquis uult post me uenire ab
neget semetipsum i tollat crucem suam cotidie i sequa
tur me. Qui enim uoluerit animam suam saluam facere perdet eam. Sa
qui perdiderit animam suam propter me saluam faciet illam.
Quid enim prodest homo si uniuersum mundum
se ipsum autem perdat: i detrimentum sui faciat. Nam qui
me erubuerit i meos sermones. hunc filius hominis
erubescet i maiestate sua i patris i sanctorum
angelorum. Dico autem uobis: ne sint aliqui hic stantes q
non gustabunt mortem donec uideant regnum dei. Mathe.
Illo t: D·d·i·d·s Nolite arbitrari quia uenerim
mittere pacem in terram. Non ueni mittere pacem sed gladium.
Veni enim separare hominem aduersus patrem suum. i
filiam aduersus matrem suam. i nurum aduersus socrum suam.
i inimici hominis domestici eius. Qui amat patrem
aut matrem plus quam me: non est me dignus. Et qui